



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Aborsus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**



INCIPIT  
**COMPENDIUM**  
 SUMMÆ, SEV MANVA-  
 LIS, DOCTORIS NAVARRI,  
 in ordinem alphabeticum reda-  
 ctum, sententiâsque omnes suc-  
 cinctè complectens.

*ABBAS.*

**A**BBAS potest conferre quatuor A  
 minores ordines. cap. 22. num. 8.  
 §. Quare.

Abbatès potentes absoluere à B  
 sententia canonis (si quis suadente) non pos-  
 sunt à multis aliis excommunicationibus  
 minoris auctoritatis. cap. 27. num. 273. & in  
 Nouo num. 275. §. 16.

*ABORSVS.*

**P**EC-CAT mortaliter qui est causa abor- A  
 sùs,

sus, percutiendo mulierem, quam scit grauidam; & si foetus erat animatus, sit irregularis. Secus, si foetus non erat animatus, aut non dubitatur de illo. Foetus autem masculinus animatur ad quadragesimum diem, foemininus verò ad octuagesimum. cap. 15. num. 14. cap. 17. num. 222. & Nou. num. 223.

**B** Peccat mortaliter mulier grauida, procurans abortum, sumendo pharmaca, vel aliud quodcumque medium in eum finem. Imò etiam si absque hac intentione exponat se probabili periculo abortus. cap. 15. num. 14.

Medicus propinans praegnantì medicinã, vt patiatür abortum, peccat mortaliter. Imò licet propinet, vt matrem à morte liberet. cap. 25. num. 62.

---

## ABSOLVTIO I.

### *Sacramentalis in genere.*

**A** **Q**VI dubitat quid faceret, si occurreret occasio, vel peccandi m. vel patiendi mortem, absolui potest, dummodo proponat non peccare, etiam si talis occurrat occasio. cap. 1. num. 22. & in Nouo num. 19.

Ad absolutionem non requiritur quòd penitens credat se amplius non peccaturum.